

Theocritus(?) viii. 53–56:

53 ME. μή μοι γὰν Πέλοπος, μή μοι Κροίσεια τάλαντα
 εἶη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων
 55 ἄλλ' ὑπὸ τῆ πέτρα τᾶδ' ἄσομαι, ἀγκάς ἔχων τυ,
 σύννομα μῆλ', ἔσορῶν τὰν Σικελᾶν ἐς ἄλα.

sic in codicibus leguntur versus 55–56 (praeterquam quod Cholmeley *μᾶλ'* in *μῆλ'* correxit¹⁾, quos versus alii aliter aggressi sunt viri docti, quippe qui verba tradita pro corruptis duxerint²⁾. at ego aliter. nam hoc loco opus est interpretatione, non emendatione. non est profecto animadversum (quod sciam) *σύννομα μῆλ'* ex *ἄσομαι* pendere (“cantabo meas compascentes oves”); quae constructio notior est quam ut exempla afferam necesse sit. sed fortasse dicit aliquis “quid? re vera de ovibus suis cantat Menalcas?” postquam Daphnis tetrastichon canit (vv. 57–60), Menalcas redit sic pergens (vv. 63–70):

φείδεν τᾶν ἐρίφων, φείδεν, λύκε, τᾶν τοκάδων μεν,
 μηδ' ἀδίκει μ', ὅτι μικρὸς ἐὼν πολλαῖσιν ὀμαρτέω.
 ὃ Λάμπουρε κύων, οὕτω βαθύς ὕπνος ἔχει τυ;
 οὐ χροῖ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδι νέμοντα.
 ταὶ δ' ὄιες, μηδ' ὕμμες ὀκνεῖθ' ἀπαλᾶς κορέσασθαι
 ποίας· οὐτὶ καμείσθ' ὄγκα πάλιν ἄδε φήηται.
 σίττα νέμεσθε νέμεσθε, τὰ δ' οὐθῆατα πλήσαστε πᾶσαι,
 ὡς τὸ μὲν ὄρνευς ἔχωντι, τὸ δ' ἐς ταλάρως ἀποδῶμαι.

en habes, lector amice, exemplum talis “carminis ovilli”³⁾ (cf. etiam vv. 35, 45).

quod superest, poeta noster Theoc. xi 17–18 respexisse videtur: *καθεξόμενος δ' ἐπὶ πέτρας / ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὄρων ἄειδε τοιαῦτα*. nemo certe non videbit quam mirabiliter hi duo loci inter se respondeant: *καθεξόμενος ἐπὶ πέτρας ὑψηλᾶς* = *ὑπὸ τῆ πέτρα τᾶδ'*, *ἐς πόντον ὄρων* = *ἔσορῶν τὰν Σικελᾶν ἐς ἄλα, ἄειδε τοιαῦτα* = *ἄσομαι ... σύννομα μῆλ'*.

Cantabrigiae, Mass.

Robert Renehan

1) interpunctio autem verborum, quam in v. 56 dedi, mea est.

2) cf. A.S.F. Gow *Theocritus* I, app. crit. ad v. 46; II. 179 (ad vv. 55 sq.), 582.

3) quod ad vim vocabuli *μῆλον* (quod vocabulum et “oves” et “capros” amplectitur), cf. Gow, II. 170–171, 180.